



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Metropolis Salisbvr gensis

Continens Fvndationes Et Erectiones Monasteriorvm, Et Ecclesiarum
Collegiatarum, &c. per Boiariam, ac loca quædam vicina

Hund, Wiguleus

Monachii, 1620

Ism.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13578

Illo morbo, cum detrahendum sit feueritati, vbi de multorum strage & periculo timor subest. Suadet quoque personarum qualitas, quæ pro maiori posse ex claro genere & nobili profapia progenita splendidis pollent natalibus, quibus post assumptam militiam clericalem, receptos sacros ordines, secundum consuetudinem patere ad dimissa patrimonia non debet redeundi facultas: & nisi de beneficiis Ecclesiasticis vitam agant, coguntur in confusionem sui generis, & vituperium clericalis ordinis infeliciter mendicare. Suadet hoc etiam beneficiorum ipsorum quantitas, quorum ferè per totam prouinciam memoratam redditus & prouentus adeo sunt tenues & exiles, quod de vnico beneficio persona litterata vel nobilis se non valeat secundum status sui decentiam exhibere. Literati quoque & nobiles, qui iura Ecclesiastica possunt defendere & tueri, nisi aliqua prerogatiua iuuentur, de cætero clericatum fugerent, in quo detraheretur non modicum cleri & Ecclesiarum commodo & honori. Suadet denique hoc dura Laicorum resistentia, qui hoc præsertim tempore, vt præmissum est, grauius insolescunt, & cum ius patronatus & aduocationis in multis beneficiis eis competat, facilius illa destruunt, & vel propriis applicatis vsibus, quæ præsentatos à se consanguinitate fortè vel affinitate sibi coniunctos, patiuntur ab illis remoueri inuitos. Cum ergo oportunum huic morbo remedium adhibere sola possit vestra clementia, quæ ad instar eius cuius vices geritis in terris, non vult mortem peccatorum sed vt magis conuertantur & viuant, de voluntate, consilio & consensu suffraganeorum prædictorum, & capitulorum suorum, tam pro me quam pro illis Sancti. V. cum omni deuotione & reuerentia supplico per viscera misericordiae Iesu Christi, quatenus de gratia speciali, tam mihi quam illis singulis in suis Ciuitatibus & Diocæsibus, prouidendi de dignitatibus, personatibus, parochialibus Ecclesiis, seu aliis beneficiis Ecclesiasticis curatis, & non curatis quæ per nouam vestram constitutionem priuatam, seu alio quocumque modo de iure vacant, & tanto vacauerunt tempore, quod eorum prouisio est ad sedem Apostolicam deuoluta, eisdem qui illa nunc tenent de facto, vel aliis personis idoneis, prout S. V. visum fuerit, faciendi, dispensandi quoque super pluralitate beneficiorum cum his qui plura de facto iam tenent beneficia, iuxta modum quem secundum conscientiam nostram consideratis personarum, & beneficiorum circumstantiis arbitramur, nec non super irregularitate & inhabilitate ex detentione beneficiorum huiusmodi concitata, remittendi quoque fructus, redditus & prouentus ex his perceptos cum non obstantibus, & clausulis opportunis hac vice dumtaxat concedere dignemini facultatem, vt per hoc status reformetur cleri: salus crescat populi, & vestrorum apud Dominum augeatur cumulus meritorum. Datum *Saltzburg* X. Kal. Nouembris anno Domini MCCC. vigesimo.

Canonici ad sanctum, *Ioannem* tenentur perpetuis temporibus cantare Officium, & Vesperas in Basilica Sancti *Ioannis* super altare quod ibi situatum est, in die sancti *Sixti* patroni ipsius, & in die sancti *Venceslai* de dedicatione, & in die Sancti *Mauricij* legere Missam, pro quo labore ex dotatione Altaris quilibet Episcopus pro tempore existens tenetur eis soluere in Festo Sancti *Michaelis* sex solidos denarios monetæ vsualis, iuxta litteras hinc inde traditas per Episcopum *Sixtum* & Capitulum prædictum, & soluuntur de Officina ferraria, videlicet *von dem Hammer vnnnd Schleiffmühl*, ante portam *Monacen.* situatas, quæ Officina subsidio mei *Sixti* Episcopi & huius rei fundatoris est excitata. Actum XII. mens. Feb. anno MCDXX.

I S M.

Vid Tom.
1. sub Epi.

IOSEPHVS Ep̄s Frisingen, ope Vtilonis Ducis, Collegiū mystarum instituit, cui flumen

flumen Yseniscus, in cuius ripa conditum est, nomen fecit, sicut & vico Ysm, circa an. 750. vel 760. Auent. in Annalibus fol. 291.

ADDITIONES.

DE Isinifca, vel Isenisco fl. al. Ism ad cuius dextram oram in colle accliuo situs est vicus, & in eo Collegium Canonicorum, quo de heic agitur, vide delineationem Norici veteris, & Nomenclatorem pag. 125.

De fundatione Ecclesiæ Collegiatæ

in Ism.

IOSFPHVS Ep̄s *Frisingensis* tertius fundavit Ecclesiam Collegiatam in Ism an. Domini 760. in honore S. *Zenonis* Ep̄scopi & Martyris, cum vna Præpositura, de collatione S. D. N. vno Decanatu de electione Capituli & aliquot Canonicatibus, quos R^{mus}. *Frisingensis* & Capitulum *Isnense* alternis mensib. conferunt,

IN nomine Domini amen. *Geroldus* Dei gratia *Frisingensis* Ep̄s, omnib. Christi fidelibus ad quos præsens scriptum peruenit salutem in nostræ salutis Auctorem. Quoniam ea quæ in tempore fiunt mutatione temporis humanam, plerumque nisi litterarum mancipentur iudiciis solent affugi memoriam, tenore præsentium tam futuris quam præsentib. notum esse cupimus, quod considerata necessitate præbendarum & defectu fratrum Ecclesiæ S. *Zenonis* in *Ism* Ecclesiam parochialem eiusdem loci nobis vacantem, tum propter necessitatem, tum etiam religionem Canonicorum ibidem Deo famulantium, de consensu Capituli nostri ad Communem vsum præbendarum, contulimus in perpetuum, saluo Kathedratico, & iure Diocesani ante memoratæ Ecclesiæ. Præpositus de concilio Capituli sui, nobis ac successoribus nostris vicarium vnum, de Canonicis perspicuum perpetuo instituendum præsentabit, & si etiã Canonici in Consilio dissenserint nihilominus Præpositus *Isnensis* præsentatione vicarij vtatur. Vt autem hæc donatio inconuulsa & in perpetuum valitura permaneat præsentem paginam tam nostro quam Capituli *Frisingensis* sigillis fecimus communiri. Huius rei testes sunt *Gottvvinus* nouæ cellæ Præpositus, *Eberhardus* maioris Ecclesiæ Decanus, *Fridericus* S. *Andreae*, *Vlscalcus* S. *Viti*, *Chunradus* *Isnensis* Præpositi, *Chyemo* *Eberhardus*, *Kasto*, *Hermannus* *Ludouicus* Canonici *Frisingenses*, & alij quam plures. Acta sunt hæc. Anno incarnationis Domini Millesimo, Ducentesimo, vigesimo Octauo, Calendas Martij Decimo quarto, indictione secunda.

NOS *Chunradus* Dei gratia *Frisingensis* Ep̄s. Constare volumus præsentium inspectores vniuersis quod nos venerabili in Christo fratri Præposito totiq; Capitulo, *Isnensis* Ecclesiæ volentes facere recompensationem aliqualem de dānis siue grauaminib. quæ ipsis à nobis & à nostris *Purbgrauis* seu Castellanis in purchirani hæcenus indebite sunt illata ipsis permilimus ex gratia speciali redimere duas curias nostras apud *Isn* sitas cum suis attinentiis, *A Ruech liebo* de *Isn* qui easdē curias à nobis nomine pignoris tūc tenet obligatas pro viginti quinque Monacensium Denariorum & percipere proventus vsu & vsu fructū earundem curiarum & attinentiarum pro suis vtilitatibus libere intrepide in damnorum eorūdem compensationem. Tam diu videlicet donec à nobis vel successore nostro quocunq; prædictæ curiæ à præfato capitulo *Isnensi* cum viginti quinque libris Monacensium den. redemptæ fuerint & solutæ. De qua summa præfatum capitulū pro pceptis proventib. mediij temporis nihil nisi quantum tunc voluerit re-

rit relaxabit. Cum ipsos proventus seu usufructum non percipiat idem Capitulum ut vsuras pignoris vel yποτεce, sed potius in reconpensationem damnorum suorum ex nostra licentia prout superius est expressum, In cuius rei testimonium præsentem scedulam Præposito & Capitulo *Isenensi* tradidimus nostri sigilli munimine roboratam, Datum *Frisingæ* an. Dñi M. CC. LXXVIII. quarto Nonas Februarij.

IOHANNES miseratione Diuina &c. sancti *Martini in Montibus* sanctæ Romæ. Ecclesiæ presbyter Cardinalis de Bauaria vulgariter nuncupatus & Ep̄s Ecclesiæ *Frising.* humilibus & honestis supplicium votis his præsertim, quæ ad conseruationem libertatis Ecclesiasticæ annuimus eaq; fauorib. prosequimur opportunis. Sane, p parte honorabiliū in Christo nobis sincere dilectorū N. Præpositi, Decani, totius Capituli Ecclesiæ collegiatæ sancti *Zenonis* in *Ysa* nostræ *Frising.* dioc. nobis humiliter extitit supplicatum ut felicium recordation. *Gotfridi Conradi & Alberti* prædecessorum nostrorum eiusdem Ecclesiæ *Frisingen.* Episcoporū litteras, priuilegia, immunitates eis & Ecclesiæ prædictæ concessas gratiosius cum incipiant vetustate consumi innouare, ac benignitate nostra fauorabiliter confirmare dignaremur, quarū tenores successiue sequuntur & sunt tales. Nos *Gotfridus* Dei gratia Episcopus Ecclesiæ *Frising.* notum fieri cupimus præsentium inspectoribus vniuersis, eidem capitulo & cuilibet de Canonicis Ecclesiæ *Isen.* nostræ dioc. pro nobis & successoribus nostris hoc ius recognouimus & perpetuo obseruari volumus & obseruari concedimus per præsentem. Idem nullus Capitaneus Burgrauius seu Iudex noster in *Burckrein* vel alius quicunq; officialis noster vllam penitus iurisdictionem temporalem in Canonicos diocæ *Isen.* Ecclesiæ aut aliquem ex eis vel in Edituum seu pulsatorem eorum aut in domos & familiam eorundem Canonicorum debet in posterum exercere. Sed quicunque actiones aliquas eisdem vel aliquibus ex eis mouere seu intentare habuerit, Decanum loci aut alium Ecclesiasticum Iudicem competentem, adeat iustitiam & iudicium recepturus, prout tamen alias prædictis Canonicis de Iure communi est indultum pariter & concessum non obstante eo videlicet quod nos & Ecclesia *Frising.* ac successores nostri ius aduocatiæ possidemus in prædictorum Canonicorū & Ecclesiæ *Isen.* hominibus prædiis atque bonis inperhennem igitur memoriam & perpetuam omnium præmissorum roboris firmitatem sæpe satis Canonicis & Ecclesiæ *Isen.* præsentem dedimus litteras nostri sigilli robore communitas. Datum *Isen.* Anno Domini M. CCC. XII. in die Natiuitatis B. Mariæ virginis.

NOS *Chunradus* Dei gratia Episcopus Ecclesiæ *Frisingen.* tenore præsentium recognoscimus profrentes, quod ex commissione nostra dilecti in Christo fratres Domini, Domini Præpositus, D. Decanus & Capitulum eiusdem Ecclesiæ nostræ litteras Domini *Geroldi* quondam prædecessoris nostri, sub sigillis ex vetustate aliquantulum contractis sicut ex litteris eorum cognouimus perspexerunt per omnia in hæc verba.

In nomine Domini amen, *Geroldus* Dei gratia &c. Eadem igitur litteras & tenorem supradictum defectus supplentes, auctorizamus, innouamus & præsentis scripti testimonio confirmamus & in euentiam & perennem memoriam præmissorum præsentem sigillo nostro pēdenti iussimus consignari. Datum in *Lonck* anno Domini Millesimo Trecentesimo decimo tertio Nonas Februarij.

Nos

NOS *Conradus* Dei gratia *Frisingen.* Ecclesie Episcopus. Notum, fieri cupimus presentium inspectoribus. Item Capitulo & cuilibet de Canonicis Ecclesie *Isen.* nostre dioc. ad imitationem Reuerendi in Christo patris ac domini *Gotfridi* recolende memorie *Frisingen.* Ecclesie Episcopi predecessoris nostri pro nobis & successoribus nostris hoc ius recognoscimus & perpetuo obseruari volumus & obseruari concedimus per presentes. Item nullus Capitaneus Burggrauus seu Iudex noster in *Burckrain* vel alius quicumque officialis noster, vllam penitus Iurisdictionem temporalem in Canonicos dicta *Isen.* Ecclesie aut aliquem ex eis vel in edituum seu pulsatorem eorum aut in domos & familiam eorundem Canonikorum debeat in posterum exercere, sed quicumque actiones aliquas eisdem seu aliquibus ex eis mouere seu intentare habuerit Decanum loci qui pro tempore fuerit aut alium Ecclesiasticum Iudicem competentem adeat iustitiam & iudicium accepturus prout tamen alias predictis Canonicis de iure communi est indultum pariter & concessum, & si quempiam de dictis Canonicis decedere cotingeret volumus imo expresse inhibemus vt nullus Capitaneus Burggrauus aut Iudex noster in *Burckrain* vel alius quicumque officialis noster bona & res a Canonicis decedentibus relicta impetere debeat vel ad ipsas res & bona quauis ratione manus mittat. Non obstante eo videlicet quod nos Ecclesia nostra *Frisingen.* ac successores nostri Ius aduocatie possidemus in predictorum Canonikorum & Ecclesie *Isen.* hominibus pradiis atque locis. Saluo tamen nobis nostrisque successoribus vniuersis, vt si quisque Canonikorum decedentium bona & res ab eo vel eis derelictas & conquistas de prebendis aut aliis ipsorum beneficiis Ecclesiasticis legasset minus honorifice & tradidisset vel donasset contra Deum & Iustitiam legationem illam traditionem & donationem, prout alias tenemur ex officio nostro reuocare, iustificare & corrigere debeamus. In perhennem igitur memoriam & perpetuam omnium premissorum roboris firmitatem saepe satis Canonicis & Ecclesie *Isen.* presentes dedimus litteras nostri sigilli robore communitas. Datum in Castro nostro *Burckrain* Anno Domini Millesimo tricentesimo vigesimo septimo VI. Idus Nouemb. Indictione vndecima.

W Ir Albrecht von Gottes Gnaden Bischoff zu Freisingen verlihen offentlich mit disem brief allen den die ihn ansehen oder hören lesen, das wir angesehen haben die gnad vnd fürderung die vnser vorfahrn weilende Bischoff *Gottfrid* vnd Bischoff *Conrad* zu Freisingen erzaigt vnd gethon habent dem *Gottshaus* vñ den *Cors* herrn zu *Isen* / darüber wir auch Herr vnd vogt seind in Geistlichen vnd Weltsichen sachen ann den stücken vnd Articlen die hernach geschriben stehen / die wir ihn auch vesten vntd bestetten mit disem brief / doch also das wir wollen vnd ernstlich empfelhen vnserem Haubtman / Burggrauen / vnserem Richter oder anderen vnseren Ambteuten zu *Burckrain* die jetzt seind oder fürbas werden / das sie keinen weltlichen gewalt sollen noch mögē gehaben ewiglich vber das vorgebant *Gottshaus* zu *Isen* noch vber die Chorherrn / messner vnd leiter der glocken daselben noch vber derselben häuser / noch kein ihren jnngehauf Ehehalten oder diener / wann wer hier zu zusprechen vnd zuflagen hat / der solle das nun vor dem Dechant zu *Isen* der jetsundt ist oder fürbas Dechant wirdt oder vor einem anderen Geistlichen Richter der andere geistliche sachen zurichten hat in vnserem Bissumb zu Freisingen vnd die sollen vor denselben recht thun / wann der Bapst gemein Recht de vorgebant den Chorherrn zu *Isen* dasselb auch erlaube vnd verlihen hat. War auch das der offgenandten Chorherrz einer oder mehr starben mit derselben todten gut soll der vorgebant vnser Ambteuten kainer nichts nit zuschaffen noch zuthun haben / weder wenig noch vil / es wäre auch dann als verz das ein Chorherrz oder ihrer mehr solch gut liesen

sen das sie gewonnen vnd gesambt hetten von ihrer Pfündt oder Kirchen vnd dasselbig vnordentlich vnd vnchrlich geschaffte hieten/ geben vnd gelassen wider Gott vnd wider das Recht/ So mögen wir oder vnser Nachkommen von vnser Bischofflichen Ampts wegen dasselb geschaffte vnd hingebung das guts widt eruffen vnd rechtfertigen nach vnser beschaidenheit/ vnnnd dartzu geben wir ihndisen offen brieff mit vnserm anhangenden Insigel besigelten / der geben ist an Sane Pauls tag als er bekert wardt/ noch Chsti Geburt dreyzehen hundert jahr/ darnach in dem vier vnnnd fuffsigisten jahre.

NOSigitur. huiusmodi supplicationibus inclinati litteras ipsas & priuilegia quas sanas, integras & illatas coram nobis exhibitas & productas agnouimus manibusque nostris atrectauimus & examinauimus diligenter & vdiuinus cultus ac clericalis norma deinceps omnium deuotione feruentius obseruetur auctoritate nostra tenore presentis innouamus & presentis scripti patrocinio fauorosis, ac de speciali gratia in Dei nomine confirmamus communimus volentes eisdem sic insertis tenoribus vbicunque exhibitis aut ostensis sicut originalibus stare, si exhiberentur stetur firmiter & adhibeatur plena fides. In cuius rei testimonium presentes inuouationis confirmatione & communicatione nostrae litteris nostri sigilli iussimus appensione communi. Dat. *Frising.* die Martis duodecima mensis Octobris, an. Domini M.CCCC. quadragesimo quinto.

Sacrofancta generalis synodus *Basilien.* in spiritu sancto legitime congregata. Vniuersale Ecclesiam representans Venerabilibus Archiepiscopo *Saltzburgen.* & Episcopo *Augusten.* ac dilecto Ecclesiae filio Decano Ecclesiae *Brixinen.* salutem & omnipotentis Dei benedictionem: Ad compescendos conatus nepharios peruersorum, qui personas & loca Ecclesiastica super bonis & iuribus suis offendere ac multiplicibus perturbare molestiis non verentur, tanto magis deest generale Concilium oportuno remedio providere quanto per amplius turbationes huiusmodi & molestias in diuinae maiestatis offensam nec non Ecclesiasticae libertatis redundare dispendium dinoscuntur, dudum siquidem cum in diuersis mundi partibus Consules ciuitatum & Rectores nec non alij qui potestatem habere videbantur tot onera frequenter imponerent Ecclesiis vtdeterioris conditionis factum sub eis Sacerdotium videretur quam sub Pharaone fuisse, qui legis diuinae notitiam non habebat quique omnibus aliis seruituti subactis sacerdotes & possessiones eorum pristina libertate dimisit & de publico eis alimoniam ministravit. In Concilio *Lateranen.* Ecclesiae inuinitati providendo sub anathematis districtione prohibitum extitit ne Consules Rectores aut alij praedicti Ecclesias & viros Ecclesiasticos talliis aut exactionibus aliis aggrauare praesumerent transgressores & fautores eorum praecipiendo anathematis sententiae subiacerere donec satisfactionem impenderet competentem. Et etiam deinde in generali concilio editum fuerit quod si Episcopi forte simul cum clericis etiam sitantam necessitatem vel vilitatem inspicerent vt absque vlla coactione ad releuandas communes vtilitates vel necessitates vbi laicorum non suppetere facultates subsidia per Ecclesias laicis ducerent concedenda minime super hoc consulto Romano Pontifice concessionem & sententiam quae a talibus vel de ipsorum mandato forent promulgatae, essent irritae & inanes nullo vnquam tempore valiturae, ac etiam in ipso generali concilio decretum extitit, illum qui infra tempus sui regiminis propter fractionem constitutionum vel sanctionum huiusmodi sustineret anathema, tanquam post illud non esset ad fa-

ad satisfactionis debitum compellendus nec non ipsius successorum qui non satisfaceret infra mensem manere ecclesiastica censura conclusum donec satisfaceret competenter eum succederet manere cum substitueretur in honore. Postmodum verò felicis recordationis *Honorius* Papa III. attente considerans quod quondam *Fridericus* secundus olim Romanus Imperator tunc sub obedientia & deuotione sanctæ Romanæ ecclesiæ persistens ad laudem eiusdem Ecclesiæ & sacri decus Rom: Imperij cupiens vt expurgatis quorundam errorib. & iniquis statutis penitus detestatis de cætero ecclesiæ & ecclesiasticæ personæ plena vigerent quiete & secura libertate gauderent ac pie & iuste attendens quod quorundam peruersorum iniquitas adeo habundauerat, vt non dubitarent contra ecclesiasticam disciplinam & sacros Canones statuta sua cõfringere aduersus ecclesiasticas personas & Ecclesiasticam libertatem edictali lege huiusmodi statuta in qua irritauerat & præceperat irrita nunciari & omnia statuta & consuetudines quæ ciuitates & loca potestates vel consules aut quæcunq; aliæ personæ contra libertatem ecclesiæ vel personas ecclesiasticas huiusmodi edere aut seruare tẽptarent contra canonicas vel Imperiales sanctiones de ipsorum capitularib. infra duos menses post ipsius legis publicationem penitus oboleri facerent, & si de cætero talia attemptarent illa ipso iure decreuit esse nulla & eos sua iurisdictione priuatos nec non locum vbi talia deinceps præsumpta fuissent Banno mille marcharū auri fisco Imperiali præceperat subiacere. Potestates vero Consules, Statutarios, & scriptores statutorū prædictorum nec non consiliarios locorum ipsorum qui secundum statuta & consuetudines memorata iudicarent ex tunc essent ipso iure infames quorū sententias & actus legitimos statuerat aequaliter non tenere. Quodq; si per annū præfatarum constitutionū inuenti forent contẽptores bona eorū per totū imperiū mādauit impune ab omnib. occupari saluis nihilominus aliis poenis contra tales in eisdem generalib. Conciliis promulgatis. Et insuper voluit idem tunc Imperator q̄ nulla communitas vel persona publica vel priuata collectas seu exactiones angarias Ecclesiis vel aliis nostris locis aut ecclesiasticis personis huiusmodi imponere seu inuadere ecclesiastica bona præsumeret, quod si sec⁹ faceret & requisita ab ecclesia vel Imperio huiusmodi emendare contemneret tripliciter refunderet & nihilomin⁹ Banno Imperiali subiaceret quod satisfactione debita nullatenus remitteretur. Statuerat insuper quod quæcunq; communitas vel persona per annum in excommunicatione propter libertatem ecclesiæ violatam persisteret ipso iure similiter dicto Banno Imperiali subiaceret à quo nullatenus extraheretur nisi prius ab ecclesia beneficio absolutionis obrento, & insuper ordinauerat vt nullus ecclesiasticam personam in criminali questione vel ciuili ad iudicium seculare trahere præsumeret contra easdem canonicas sanctiones & constitutiones imperiales, quod si secus faceret actor à suo iure caderet & iudicatum non teneret, & iudex foret ex tunc iudicandi auctoritate priuatus. Quodq; Iudices temporales qui clericis & personis Ecclesiasticis iustitiam denegare præsumerent tertio requisiti suam iurisdictionem amitterent. constitutionem ipsam de consilio etiam fratrum suorum sanctæ Romanæ ecclesiæ Cardinalium qui tunc erant auctoritate apostolica approbans & confirmans ipsam mandauit inuolabiliter obseruari nec non statutarios & scriptores ac violatores prædictos excommunicatos eadem auctoritate nunciari. Et deinde ad audientiam diuę memorię *Caroli* quarti etiam Romanorum Imperatoris semper Augusti deducto quod nonnullæ seculares personæ in potestatibus & officiis publicis constitutæ videlicet Duces, Marchiones, Comites, Barones & alij Domini tempo-

NB. 3m.

Metrop. Salisb. Tom. II.

Pp

rales

rales nec non Consules ciuitatum, opidorum, villarum, & locorum Rectores diuersis prouincijs eiusdem Imperij Dei timore postposito statuta singularia & iniquas ordinationes motu proprio de facto contra ipsas personas Ecclesiasticas, & Ecclesiarum libertates, ac eorum priuilegia eondiderant, illisque de facto & publice utebantur contra canonicas & legitimas sanctiones, utpote quod nulla bona temporalia in potestatem ecclesiasticam transferrentur & ne clerici in sacris ordinationibus constituti ad agendum & testificandum in ciuilibus & maximè in pijs causis aliquatenus admitterentur quodque excommunicati laici & publice denunciati in ciuili foro minimè repellerentur. Et insuper predicti Domini temporales Consules & Rectores per singularem potestatem res & bona clericorum occuparet, arrestant & oblationes Christi fidelium imminuerent atque restringerent exactiones & tallias indebitas de bonis & redditibus ecclesiarum exigerent & extorquerent, possessiones Ecclesiarum & personarum earundem deuastarent incendijs & rapinis, contractus inter clericos & laicos factos legitime ad libros ciuitatum villarum & locorum predictorum inscribere sigillare recusarent donataque & legata ad fabricas & ecclesiarum structuras contra Prælatorum voluntatem & aliorum quorum intererat temere usurpare præsumerent ac in fraudem & odium clericorum de bonis etiam & rebus eorundem clericorum, quæ non causa negotiationum sed pro eorum proprijs vsibus per eorum terras ducebant seu duci faciebant theolonij exigere & recipere non verebantur & confugientes ad Ecclesias & eorum cemiterias deinde extrahere contra Canonicas & Imperiales sanctiones, huiusmodi præsumperant & præsumebant. Idem *Carolus* Imperator, tanquam Christianissimus Princeps volens in præmissis providere de remedio salutari etiam quorundam Ducum, Principum, Comitum, Baronum, fideliumque aliorum sacri Imperij sæpèdicti consilio auctoritate imperiali quæcunque statuta & consuetudines prædicta tanquam per Canonicas & ciuiles sanctiones expresse reprobata cassauit, irritauit & annullauit ac cassa irrita nullius esse uoluit roboris vel momenti præcipiens sub imperialis banni pœna vniuersis & singulis Principibus & Dominis temporalibus, consilibus, potestatibus, & alijs in officijs publicis in eodem imperio constitutis, quatenus ex tunc ipsorum statuta & ordinationes sicut in præiudicium ecclesiasticæ libertatis edita fuerant omnino reuocarent & de luce tollerent, quodque secundum ea non iudicarent amplius nec sententiâs dicerent aut de eisdem in iudicio vel extra iudicium, quomodolibet pro se & contra eandem Ecclesiasticam libertatem, potirentur. Pronunciavit insuper & eadem decreuit auctoritate, quod quicumque laicus cuiuscunque status aut conditionis existeret ausu sacrilego & propria temeritatis audacia sacerdotem vel clericum sæcularem vel religiosum diffidaret, proseriberet, captiuaret, spoliaret, occideret, inuileret aut in carcere detineret, vel huiusmodi maleficia perpetrantes scienter receptaret vel ei fauorem præstaret; præter pœnas à sacerdotibus & legalibus sanctionibus in tales inflictas eo ipso redderetur infamis & omni honore priuatus nec ad placita vel consilia nobilium admitteretur. quo iusto modo hortans insuper in domo & requires Ecclesiasticos prælatos nullis partibus in quibus committerentur talia constitutos ut legem imperialem huiusmodi per eorum ecclesias & Synodos publicarent, ne transgressores huiusmodi per simulatam ignorantiam suam valerent in hac parte maliciâ excusare prout in constitutionibus & sanctionibus Conciliorum & hoc est prædicatorum ac Imperialibus præfatis plenè continetur. Cum autem sicut lamentabili quærela dilectorum Ecclesiæ filiorum Præpositi, Decani & Capituli Ecclesiæ S. *Zenonis* in *Isn Frising.* dioc. Super accepimus, nonnulli Principes, Duces Comites

mites Barones, & alij seculares potestates earundem constitutionum & sanctionum canonicarum & regalium forsitan ignari contra ipsas à Preposito, Decano & Capitulo prædictis communiter diuisim forsitan tallias & gabellas ac alias exactiones illicitas hæcenus extorserint & ad huc extorquere nitantur, ac etiam bona ipsorum communiter vel diuisim inuaserint, arrestauerint, occupauerint, detinuerint & suis vsibus applicauerint, nec non occupare, inuadere, arrestare, detinere ac eisdem suis vsibus applicare similiter de facto præsumant in animarum suarum periculum nec non Prepositi Decani & Capituli prædictorum, non modicum præiudicium atque damnum, nos in præmissis Preposito Decano & Capitulo prædictis de oportuno remedio prouidere volentes, discretioni vestra tenore præsentium in virtute sanctæ obedientiæ districtè præcipiendo mandamus, quatinus vos vel duo aut vnus vestrum, per vos vel alium seu alios Preposito Decano & Capitulo prædictis contra quoscunque transgressus & violatores constitutionum & sanctionum earundem cuiuscunque status, dignitatis & excellentiæ efficiatis defensionis auxilio assistentes non permittatis eos contra canonicas & legales sanctiones & constitutiones huiusmodi indebitè molestari, nec non easdem constitutiones & sanctiones vbi & quando expedire videritis solenniter publicantes faciatis transgressores & violatores huiusmodi si & prout iustum fuerit ac vbi ac quotiens expedierit tam diu excommunicatos & anathematizatos publice nunciari, donec ob eorundem talliarum, collectarum impositionum & quarumlibet extorsionum nec non bonorum, Prepositi, Decani, & Capituli prædictorum inuasionem, arrestationem, occupationem, detentionem, & applicationem omnino desistant: nec non etiã efficaciter restituant eisdem occasione præmissorum per eos communiter vel diuisim lasis seu grauatis talliis gabellis & exactione ipsas ac etiam bona ipsorum arrestata, occupata, detenta & applicata ipsis aut quæ per se vel per alios illo prætextu quomodolibet receperint imo verius temere & illicitè usurpauerint à se liberè omnino relaxent, ac in manibus vestris iurauerint q. de cætero talia non committent & ea committentibus non præstent auxilium, consilium vel fauorem. Contradictores per censuram Ecclesiasticam & alia iuris oportuna remedia compescendo, inuocato ad hoc si opus fuerit auxilio brachij secularis.

Cæterum si forsitan huiusmodi transgressorum aut violatorum vel ea fieri mandantium ipsisque consentientium seu dantium in illis per se vel per alios, directè vel indirectè publicè vel occultè auxilium, consilium vel fauorè præsentia pro monitionibus & requisitionibus per vos de ipsis fiendis tutè securè vel comodè haberi nequiret, nos vobis monitiones & requisitiones huiusmodi ad citationes quaslibet, per edicta publica in locis affigenda publicis de quib. sic verisimilis cõiectura q. ad notitiam dictorum scitatorum & monitorum huiusmodi peruenire valeant faciendi plenam & liberã concedim⁹ tenore præsentium, facultatem volentes q. monitiones, requisitiones, ad citationes huiusmodi perinde ipsos citatos, requisitos & monitos vt præmittitur arcent ac si eis factæ & insinuatæ præsentialiter & personaliter excidissent. Non obstantibus piæ memoriæ Bonifacij Papæ VIII. quibus cauetur ne aliquis extra suam ciuitatem, vel diocesim nisi in certis exceptis casibus & in illis vltra vnã dietam à fine suæ discessionis ad iudicium euocetur, seu ne iudices extra ciuitatem, & Diocesim. in quibus deputati fuerint contra quoscunque procedere aut alij vel aliis vices suas committere seu aliquos vltra vnã dietam à fine discessionis eorundem trahere præsumant, dummodo vltra duas dietas aliquis auctoritate præsentium, non trahatur ac personis vltra certum

numerum ad iudicium non vocandis qua aliis constitutionib. apostolicis contrariis quibuscunque, aut si aliquibus communiter vel diuisim à sede apostolica indultum existat quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint vel ultra certa loca ad iudicium euocari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam & expressam, & de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Dat. *Basileæ* III. Non: May, sub anno à Natiuitate Domini Millesimo quadringentesimo Tricesimo quarto.

Catalogus Præpositorum huius Ecclesiæ Collegiatæ, qualescunque ex veteribus monumentis colligi potuit, infra sequitur, sub titulo prætermisiorum.

S. MAGNI MONASTERIUM.

ORDO S. Augustini Canonicorum regularium, in suburbio Ratisbonæ ultra pontem, vulgò *am. Hoff.*

CIRCA annum 1135. ædificatum est hoc Monasterium, per quendam Gebhardum, Ratisponen. Canonicum, Presbyterum. Rex Conradus Hierosolymis reuersus, cum Ratisponæ de obsidendo Chelheim consultaret, consilio fratris vterini, Heinrici S. Leopoldi filij, qui tunc Ducatum Bauariæ tenebat, suburbium Ratisbonense Monasterio isti dedit; Anno 1138. Otto Frisingen. meminit obsidionis lib. 1. cap. 63. de vita Friderici Imperatoris; sed de donatione S. Magno facta nihil &c.

HARTWICVS secundus Episcopus huic Monasterio alia quam plurima privilegia dedit, inter quæ etiam Ecclesiam in Saler, Anno 1156 & 1161. Diplomata ibi extant, quorum copia sequitur.

In conscriptionibus apud S. Magnum habetur, quod prædictus Gebhardus fundator fuerit de familia Comitû de Raning, cuius castri vestigia adhuc extant, iuxta Labarum amnem. Ioann. Auent. lib. 6. fol. 622. ita habet: Conradus, Heinricus, Gebhardus, mysta Reginoburgen. fratres Germani de Raning & Rottenburch Comites, cum Matre Machilda de Paring, & diuum Magnum ad confluentes Danubij & Regni, in aduersa Reginoburgij ripa, Monachis Augustinianis dedicant.

COPIA LITTERARUM HARTVVICI EPISCOPI RATISBONEN.

NOTVM sit cunctis Christi fidelibus, tam futuris quam præsentibus, quòd venerabilis Hartvvicus, Dei gratia, Ratisbonensis Ecclesiæ Episcopus petente Dietherico, Ripensi Præposito, altare in Monasterio eiusdem loci in honorem beati Andreæ dedicauit Apostoli. Verùm Dominus Episcopus, penuriam loci illius circumspècta mente perpendens, qualiter honorificentiam B. Andreæ Apostolo ibidem exhiberet, cum Conuentu maioris Ecclesiæ, quem Præpositus ad dedicationem inuitauerat, diligenter insistebat. Proinde ergò cum communicato consilio decimam, propriè dotem cum baptismo, & sepulturam propriæ villæ altari B. Andreæ obtulit, pro dote, quatenus sepultura propriæ villæ esset dos, esset parochia Ecclesiæ Ripariæ.

HANC